

Letter 499: 3 February 1533, [Strasbourg], Capito to Johannes Schwebel

Printed in *Centuria epistolarum theologiarum ad Ioh. Schwebelium* (Zweibrücken, 1597), pp. 173–174, no. 56.

Wolfgangus Capito claro ac pio viro, Iohanni Schwebelio, Bipontii Christum docenti, fratri suo in Domino observando.

Gratiam et pacem. Qui has perferendas suscepit, se gessit apud nos dexterrime. Nullis erroribus quantum scimus adhaeret. Verbum Domini synceriter, sed magna cum tolerantia tractavit. Est enim pauper et vere pius, hoc eum testimonio libuit ad te abmandare. Etsi iudicio et caeteris dotibus Hechtolino non sit conferendus, inter pios tamen et Christi sectatores nomen obtinebit, ut obtinuit hactenus, nisi totus factus fuerit alius. Iohanni Froschio munus¹ restitutae sunt propemodum. Quem si potes habe commendatum, tanquam dignum qui magna munia great. Hechtlinum cito dimittas etsi sperem antequam has acceperis nobis iterum adfore. Dominus te servet. Bucerus, Hedio et Gerbelius te singulariter salutant. 3 Febr. 1533.

¹ *Centuria* has 'manus', which makes no sense.